



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Rana, Locusta aranea.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

396 *Pars secunda de elevatione*

23. Crudeles, Pharisæi, Pseudopolitici, &c. Si-
cūt exaltavit Moyses serpentem in deserto, ita ex-
altari oportet Filium hominis, ut omnis, qui cre-
dit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam éter-
nam. Joan. 3. Serpens ergo æneus num. 21.
quem aspicientes sanabantur à vulneribus igni-
torum serpentum, typus est JESU Christi Cru-
cifixi, in quem sive ab homine, sive à Dæmone
tentatus devotum debet defigere obtutum. Vir-
ga Aaron versa in colubrum, quæ coram Pha-
raone virgas Magorum pariter præstigiis Dæ-
monum in Dracones versas sive apparentes sive
substitutos devoravit Exod. 7. Okendit Dei præ
Dæmone vires.

Formicæ.

*V*Ade ad formicam piger, & considera vias
ejus, & disce sapientiam, quæcum non ha-
beat Dux nec Præceptorem, parat in estate ci-
bum sibi, & congregat in messe, quæ comedat.
Prov. 6. Stupenda Dei potentia ac providentia,
prudentiam & curam pro futuro tam parvo in-
dens animalculo.

Rana, Locusta aranea.

*M*isit in eos (Ægyptios) cœnomyniam, &
comedit eos, & ranam, & disperdidit eos.
Dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum
locustæ. Pl. 77. Sic Reges & potentes humiliare
& perdere potest Deus per tam parva ac vilia.
Sic viæ omnium, qui obliviscuntur Deum, sicut
telæ

tela aranearum fiducia ejus. Job. 8. Tabescere fecisti sicut araneam animam ejus. Verumtamen vanè conturbatur omnis homo. Ps. 38. Anima hic ponitur pro homine ita morbis aliisque angori- bus extenuato, ut exhausta aranea. Et tamen homo talis cupid vivere ulterius, conatur hos illos conceptus in effectum deducere, licet om- nes ejus conatus instar telæ aranearum facile dissolvantur. Telas araneæ texuerunt, tela eo- rum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis Opera eorum opera inutilia, & opus iniuritatis in manibus eorum. Il. 59. De quam multis hoc dici potest.

Cœte, Pisces.

Sicut fuit Jona in ventre cœti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ. Matth. 12. In Jona mari immerso, à cœte deglutito, & ad littus ejecto vides, quo- modo salvet Deus, dum omnia videntur esse delperata: Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Deut. 2. Tam ingentia ac innumera monstra Dei potentiam ac sapien- tiam. Accipiens septem panes & pisces, & gra- nias agens dedit, & comedunt omnes, & sati- rati sunt quatuor millia hominum extra parvulos & mulieres. Matth. 15. Exentera hunc piscem [dicebat Raphael ad Tobiam] Et cor ejus, & fel, & jecur repore tibi. Sunt enim haec necessa- ria ad medicamenta utiliter, cordis ejus particu- lam, si super carbones ponas, fumus ejus extricat